

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVTATIO. XXXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

sollicit impedimentum, non tamen datur actualitas alia in essentia. Vnde non potest causalapide in esse intelligibili, nisi productio filio, & productio filio potest, non quia hoc accipit ab eo, sed productio filio tollit impedimentum, scilicet potentia propinqua ad productionem.

DISPUTATIO. XXXIII.

Varum ad intellectionem qua Deus intelligit lapidem & asinum, præexigantur respectus diuersi, & rationes diuersæ.

VTRUM ad intellectionem, qua Deus intelligit lapidem & asinum, præexigantur respectus diuersi, & rationes diuersæ. ¶ Quod sic, quia idem manens idem omnino, non potest esse ratio cognoscendi diuersa, quia tunc eodem modo se haberet ad idem, & diuersa, sed essentia diuina ut primum obiectum intellectus Dei est vnum. scilicet essentia diuina omnino & eodem modo se habens, ergo non est secundum se ratio cognoscendi distincta, ut distincta.

CONTRA, Dionysius de diu. no. cap. 1. Deus per speciem omnia contemplan, vel sub vna esse circumstantia omnia contemplan, ergo per vnā causam presuppositam omnia cognoscit. ¶ Item quod posterius est in essendo, est posterius in cognoscendo, sed iste respectus est posterius in essendo subiecto, quia sequitur extrema. ergo est posterius in esse cognito, ergo non est ratio cognoscendi prius. ¶ Ad questionem dicitur, quod respectus rationis præcedit in essentia deter-

minans ipsum in cognoscendo illud, cuius est respectus. Et hoc probatur ratione sic, vniuersaliter est verum tam in agente naturali, quam in artificiali, quod agens agit distincta per distinctas rationes. Hoc idem dicit Commentator de di. no. c. 6.

AD PRIMVM argumentum in oppositum dicitur, quod Deus est omnia contemplan per vnā causam realem, scilicet essentiam, sed diuersam secundum rationem, quia determinatur secundum diuersos respectus,

AD SECUNDVM argumentum dicitur, quod minor est falsa de respectu rationis, quia quod ille non sequitur extrema, nec terminos, quia inesse cognito est prius suo obiecto.

CONTRA, si aliquod cadit medium inter potentiam cognoscendi & ipsum obiectum, prius feritur potentia per actum suum cognoscendi super illud, quod præsentatur per illud medium, quod super illud obiectum: si igitur respectus rei præcedit suum obiectum in esse cognito, quod quid cognoscit respectus illos, si per se, ergo eadem ratione prius intelligit ista, quorum sunt respectus isti, si per alios respectus, erit quod de illis respectibus quod cognoscatur. ergo erit processus in infinitum, nec oportet dicere, quod essentia diuina sine aliquo respectu prout est illimitata ex se ad hominem & asinum indistincte, sit ratio cognoscendi ista. ¶ Item quod causas per actum rationis non est aliquid reale, sed iste respectus causatur per actum rationis, igitur isti respectus, qui determinatur determinare intellectum diuinum, vel obiectum ad cognoscendum.

Disputat. I. Item.

secundū diuersa, q̄ non sunt nisi respectus rōnis, non p̄t esse rō producenti aliud reale, sed intel ligere Dei respectus distincto rū, est actus realis. ergo nō causatur ab istis respectibus ratio nis, quia magis debet ens esse cā, vel illud quod habet rōnem causā, q̄ effectus, vel illud quod habet rationem effectus. ¶ Item omnis relatio sequitur suū funda mētū, fundamentū vel rō fun dandi sequitur rē, quo dī funda mentum. ergo si relatio sequit ipsam rē in qua fundat, ergo isti respectus rationis non sunt rō cognoscendi istas distinctas res, vt hominem, & alinum.

AD PRIMVM dī, q̄ ma ior est falsa, q̄n vtunq; scā pot ē tia, q̄ obiectū est indeterminatū. sic est in proposito, quia essentia de se est illimitata ad cognitio nē illius, vel illius, & determina tur per relationem rationis.

CONTRA, infinitum nō determinatur nisi per infinitū, ista rationes non sunt infinita, ergo non determinant essen tiam.

¶ Contra ista simul, & contra positionem, si medium limitatū ad. a. potest esse ratio distincte cognoscendi. a. & medium limi tatum ad. a. b. c. potest esse me diū cognoscendi. a. b. c. sine de terminatione aliqua ex se pōt esse mediū cognoscendi. a. b. c. ergo & medium infinitum ex se pōt se solo sine alia derermina tione ex parte sui esse rō cogno scendi infinita. talis est essentia diuina. ergo. probatio cōsequē tia, medio illimitato per hoc qd̄ ponitur illimitatū ad. a. & b. ni hil tollitur ab eo, q̄ est perfectio nis, medio limitato tm̄ ad. a. si additur sibi perfectio in quā est

illimitatum ad. a. & b. probatio: aliter species albi est mediū di stincte cognoscēdi albū: & si si bi esset concreata species odo rū, posset simul esse rō illimita ta cognoscendi albū distincte, & odorabile, & hoc simul est probatio consequētia & an tecedentis. ¶ Itē essentia diuina, vt est sub relatione rōnis cōpa rata per intellectū ad lapidē, aut est finita aut infinita. Si finita si ne aliqua determinatione, vel re latione, vel rōne determinante ex parte sui est determinata. & similiter illa relatio est mutabi lis, & nō essentia diuina, quia ip sa est de se formaliter infinita. Si aut infinita, cū respectus hoīs non sit talis, nihil facit ad intel c tionē cuiuscunque. ¶ Itē q̄ alia sit relatio rep̄ntatiua, vel rō in telligendi aliqd̄ obiectū, & q̄ in tellectus non pōt in tale obie ctū de se. hoc est dicere simul contradictoria, siue cōclusio sit vera, siue falsa, non curo. ¶ Istam vultis inferre ponendo essentia esse rationem repraesentandi in tellectui diuino omnia intelli gibilia, & tamen q̄ non possit in ea intellectus diuinus ferri sine talibus relationibus rationis. ¶ Ad primum de medio limi tato & illimitato, dico q̄ nec medium, nec limitatum & illi mitatum est ratio cognoscendi alia, inquantum secundum suā rationem absolutam considera tur, sed inquantum tale mediū est, vel relatio, vel determinatū p relationes potest esse ratio re praesentandi diuersa. & ita essen tia diuina, inquantum secundū se absolute consideratur, non est ratio cognoscendi aliud: quia impossibile est aliquid reprae sentare aliud, nisi ipsum sit simi litu.

litudo alterius, vel includens eius similitudinem, & isto modo conceditur consequentiā esse bonam, sed antecedens est falsum *fm* se sumptum absolute, & sine respectu. ¶ Contra illud, si nihil est ratio distincte cognoscendi, nisi per relationem diuinā, ergo essentia diuina nō erit ratio cognoscendi se sine respectu, igitur & in visione, essentia repræsentat se intellectui patris, vel alicuius alterius personæ mediante relatione, sed non mediante relatione rationis, quia ista relatio præcedit omnē actū intellectus, & est ratio intelligendi, sed mediante relatione reali, ergo in vna persona intelligente essentiam erunt duæ relationes reales, hoc est falsum. ¶ Item si relatio similitudinis determinat essentiam, cum qualitas in oculo, vt albedo dicatur similitudo alterius albedinis, nō quia est relatio, sed quia qualitas absoluta, ipsa de se erit secundum rationem eius absolutam ratio repræsentandi aliud, nec ista relatio similitudinis communicatur cum ista qualitate, nec sic est ratio repræsentandi aliquid. Primo, quia non est maior unitas in effectu, quā sit unitas in causa, ergo actionis per se vnus est tantum vna causa per se, sed relatio rationis cum essentia diuina, vel quacūque essentia absoluta, non est per se aliquid vnum, ergo nō sunt ratio vnus intellectiois, ergo vel est essentia diuina, vel relatio trīn, sed nō potest esse relatio tantum, quia relatio non est causa actus realis, sicut intellectiois: relatio etiam nec est principium, nec terminus alicuius actionis absoluta, minor patet, quia nō est

per se vnum cum alio, quia non habet esse ex eisdem principiis, si sit principium, vel si non sit principium, adhuc erit illud, quo erit vnum principium: sed iste respectus rationis non est ex principiis rei, vt essentia, quia tunc esset relatio rationis, vel si secundum tenetur, saltem essentia diuina est vt principium, relatio autem omnis, quæ tantum est rationis causatur per intellectum.

A D P R I M V M istorum dicitur, quod essentia intellecta a patre nō requirit se ex parte intelligibilitatis, vt rationem intelligendi, sed ipsa intelligitur ab intellectu, vt obiectum eius, primo primum, & non vt secundarium. Vnde quia superius dicitur, quod impossibile est aliquid repræsentare aliud, nisi sit similitudo eius, vel includens similitudinem eius, vel relationem rationis, hoc intelligebatur de obiecto secundario quocunque, sed non de primo. Vnde impossibile est essentiam diuinam, vt secundarium obiectum repræsentare aliqua distincta, nisi per relationes rationis distinctas determinatur ab intellectu.

C O N T R A, si aliquid ex se solo sine alia relatione rationis potest esse ratio cognoscendi obiectum excellentius, licet nihil repræsentet illud, vt similitudo eius, illud potest se esse ratio sufficiens cognoscendi quocunque aliud inferius sine omni respectu, quando inferius includitur in suo superiori *fm* totam intelligibilitatem * sui, sed essentia diuina se sola est ratio cognoscendi seipsam sine omni respectu *fm* te, & includit

a. l. quarta.

eminenter intelligibilitatem cuiuscunque obiecti secundarij. ergo se sola sine omni respectu potest esse medium cognoscendi omnia alia.

¶ Respondeo, quando obiectum est extra intellectum, & non est ipsum, requiritur similitudo obiecti in intelligente obiectum, quando autem obiectum est præsens, non requiritur. sic est in proposito de obiecto primo, & secundo quod essentia ut primum obiectum, semper est ex se ratio cognoscendi se, ut autem representat alia quæ non sunt ipsa, determinat similitudinibus ipsorum. ¶ Tunc ad formam argumenti dico, quod prima consequentia vera est ceteris existentibus æqualibus, sed quia obiecta extrinseca, ut secundaria non sunt per se principia, ideo requirunt eorum similitudines, obiectum autem primum ex quo est præsens semper intellectui paterno, ex se solo est ratio cognoscendi intrinseca & se.

CONTRA, si intellectus precise, ut præcedit intelligentiæ obiecti determinantis actum intellectus, ex hoc solūmodo quod potentia est, nihil requirit inter obiectum eminētius. multo magis nec requirit aliquid circa quodcunque aliud obiectum inferius, ergo si essentia non solū habet rationem determinantis actum potentiam, sed et rationem principij principatiui huius propositi. Probatio consequentia, quæcunque potentia se sola est principium sufficiens eliciendi actum, & potest habere actum circa obiectum eminentissimum, potest circa quodcunque inferius obiectum. ¶ Dicitur quod verum est alijs existentibus essentialibus, videlicet quod utrumque intellectu essentialiter est præsens,

quæ autem sunt principia secundum se, non requirunt similitudinem, sicut de alijs extrinsecis.

CONTRA, potentia quæ non habet suum obiectum præsens, & potest per actum suum facere suum obiectum præsens, potest se sola elicere actum. Exemplum, si color potest se solo facere obiectum sibi præsens per actum suum, potest se solo elicere actum calefactionis, sed intellectus diuinus ex se solo facit omnia obiecta præsens, ergo se solo intelligit. ergo sine talibus respectibus. ¶ Item essentia diuina sub ista relatione, aut est finita, aut infinita; si finita, igitur est imitans, & non imitabilis, quod falsum est. Si infinita, tunc non est magis propria uni ad representandum unum, quam aliud. ¶ Dico quod nec sua ratione finita, nec infinita est ratio representandi sic aliquid, sed ut determinata respectu intellectus accipitur sub ratione finita.

CONTRA, illud cuius est intellectus, non intelligitur, quod est impossibile, quia intellectus comparat aliquid, ut essentiam ad aliud sub alia ratione, sub qua intelligit eam, sed si intellectus non comparat essentiam ad aliud, nisi ut in se intellecta, ergo intellectus potest ex se utrumque extremum distincte cognoscere. ¶ Item si non ut infinita est ratio representandi, ergo non ut mutabilis est ratio representandi: quod falsum est, quia non est mutabilis, in quantum finita, & si ut infinita erit de se sero omnium representatiua. ¶ Item illi respectus rationis representantes essentiam intelligibiles sunt, ut obiecta, quæ ratio per quid intelligitur, si per essentiam, ergo propositum, quod essentia de se sine aliqua relatione est ratio cognoscendi.

DISPVTA. XXXIIII.

cognosceudi alia. si per alias relationes, quare de alijs rationibus ex quo sunt intelligibiles per quid cognoscuntur, si per essentiam, sicut prius. si per alias, processus in infinitum, nec potest dici, quod sunt cognoscibiles per seipsas, quia quodcumque obiectum intelligibile etiam minimum, natum est formare in intellectu conceptum suum, sicut in passio approximato, sed si intellectus diuinus intelligit infinitas relationes per se viles, ceret, quia pateretur, vel recipe- ret aliquam perfectionem formaliter ab aliquo, quod formaliter non est Deus.

¶ Dicitur, quod intelligit, vt obiecta non mouentia intellectu, sed intellectus de se mouet se ad intelligendum talia intelligibilia, siue cognoscibilia.

¶ Contra, aut intellectus se solo mouet se ad intelligendum istas relationes diuersas, aut essentia sola, aut ista relationes sole mouent. Si ista relationes sole mouent, vel etiam particulariter vilesceret intellectus diuinus: si essentia sola, habeo propositum. si intellectus solus, ergo se solo est ratio cognoscendi distincta, quod est prius negatum.

¶ Item intellectio lapidis est perfectio simpliciter, & per consequens infinita, sed relatio rationis, qua per te essentia determinatur, est finita, & ens minimum. 6. met.

ergo non
potest
esse

se ratio cognitionis
alterius finiti.

Utrum intelligi lapidis a Deo necessario concomitetur in lapide ali- quod esse reale extra intellectum diuinum.



VTRUM intelligi lapidis a Deo necessario concomitetur in lapide ali- quod esse reale extra intellectum diuinum. ¶ Quod sic, omni exemplari in actu cor- rñdet exemplatum in actu, sed Deus est cā exemplaris lapidis, & hæc i actu, tale est reale, ergo minor pater de se. Maior probatur per hoc, q̄ relatiuū requirit correlatiuū in actu, exemplar re- fertur ad exēplatū. ergo exem- plar in actu ad exemplatum in actu. ¶ Item scia non dī realis nisi sit obiecti realis, scientia Dei respectu creaturarū est ma- xime realis, quia maxime meta- physica, ergo obiectum scitum ab ipso est ens reale, quia quale est ens, tale est esse, nec potest dici, quod illud esse non est aliud ab esse diuino, quia Deus cognoscit ea in proprio genere, & sic habet sciētiam de illis, vs sunt aliud a se. ergo habent esse reale aliud ab esse diuino.

CONTRA, terminus crea- tionis est omnino non ens, sed si lapis ante productionem ha- buit aliquod esse reale, non fuit omnino non ens, ergo non po- tuit produci per creationem, quod est inconueniens.

¶ Item per auctoritatē Augu- ſtini super Gene. loquitur de ele- ctis. Illos ab æterno Deus apud se habuit, non in sui natura, qua nondum erant, sed in sui præ- sentia, qua illos nouit, ac si es-
sent.